+

In Dei Nomine &c. Noverint universi et singuli p[rese]ntis publi
ci instrumenti seriem inspecturi, lecturi, et audituri, quod
Anno 1755. die vero + In mei Notarij publici testiumque
infra scriptorum ad hoc specialiter rogatorum, et voca
torum presentia personaliter constitutus Preclarissimus
D. D.r Abbas Fr. Joannes Facundus Angles Vic.s Gen.lis
pro Conv[entib]us Ord.is Fr.m S. Aug.ni Minoricensibus principalis, prin
cipaliter pro se ipso, omnibus melioribus, modo, via, jure,
causa, et forma quibus melius et efficacius, de jure potuit,
et debuit, fecit, constituit, creavit, et solemniter ordina
vit suos veros, certos, legitimos, et indubitatos procura
tores, actores, factores, et negotiorum suorum infra scrip
torum gestores speciales, et generales (ita tamen quod
specialitas generalitati non deroget, nec e contra) vide
licet venerabiles, et providos viros Dominos Josephum
Antonium Libert, et Michaelem Ramis presbiterum
Romae existentes, et absentes tamquam presentes, et
quemlibet eorum in solidum (ita tamen quod non sit
melior conditio primitus occupantis, nec deterior subseque
entis, sed quod unus eorum inceperit, alter ipsorum id
prosequi, mediare, terminare valeat, et finire, ac ad
effectum perducere) specialiter et expresse ad ipsius
Facundi Angles constituentis nomine prosequendum, et
pertractandum quandam interpellationem, et protesta
tionem pro parte dicti Angles, et eius nomine in causa
quam habet contra P.m Mag.m Michaelem Marquez
de et super deputatione dicti Marquez inutili, damno
sa, et incongrua in visitatorem Gen.lem Minoricae Insulae

+ 24 Januarij

Arxiu Comtat de Torre-saura

Conventus Ordis S. P. Augni atque illegitima intrusione dicti Marquez ad exequendum suum officium, alijsque gravaminibus, et attentatis per eum illatis, et inflictis, ac dicto Angles Constituenti, inferri comminatis ad Sanctam Sedem Apostholicam, et Sacram Congregacionem in scriptis interpositam, et interjectam, prosequendum, intimandum, insinuandum, et notificandum. Et pro eodam Patre Angles Constituente coram Sacra Congregacione, et alibi ubi oportunum fuerit comparendum, Judicem vel Judices, Auditorem, seu Auditores, Comissarium, seu Comissarios, super eadem interpellatione, et protestatione prosequenda, sibi deputari petendum, impetrandum, et obtinendum. Protestationes quascumque in talibus necessarias, fieri consuetas solemniter faciendum; nec non quascumque litteras tam simplices, quam legendas, gratiam, seu justitiam in se continentes, in audientia publica litterarum Contradictarum, Dni Ni Papae, petendum et impetrandum, et impetratis ex adverso contradicendum, et illa impugnandum, de Judicibus, et locis conveniendum, eosque suspectos recusandum &c. Cum facultate substituendi, et generaliter omnia alia, et singula faciendum, dicendum, gerendum, et procurandum, quae in premissis, et circa necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, et quae ipsemet P. Angles Constituens faceret, et facere posset si premissis omnibus et singulis presens, et personaliter interesset, et si talia forent quae mandatum exigerent magis speciale, quam presentibus est expressum. Insuper, et ipse constituens se ratum, firmum &c quidquid per dictos procuratores constitutos, et substituendos ab eis, seu eorum altero, &c. Quod fuit actum Ciutatelle Minoricarum Insularum die Mense et anno quibus supra.

Testes hujus rei sunt Rdus Dr. Antonius Vila Pbr. et Raphael Vila Sutor dictae Ciutatelle habitatores; [illegible]

Arxiu Comtat de Torre-saura

24 Januarij 1755.

Borras

Arxiu Comtat de Torre-saura